



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla XIX. Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se
immiscet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

præsumitur, confirmari. Nam & idem evenit in adquiritur, tit. Inß De usucap. Vix enim, inquit
usu capione rei alienæ, cuius dominum, si res mo- Paulus, ut non videatur aliquid, qui patitur u-
bilis sit, triennio; si immobilis, longo tempore capi, i. Alienationis 28, D. De verb signif.

REGULA XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.

Et hæc Regula convenit cum l. Culpæ D, sed tit. & hoc traductæ videtur ex cap. Tua 19, Ext. De homicidio. Quod pertinere arbitror etiam eum, qui attem, quamigerat, cum danno alterius proficeret, l. Idem juris 8. §. mulionem cum l. seq. D. Ad L. Aquil. l. Illicitas 6. §. scuti D. De off. presid. Neque obstat in D. & C de negot. gest. Nam quod absentis negotia ab aliis recte gerantur, id propter utilitatem absentium receptum est; cùm

beneficio affici hominem interstiti hominis, l. S. vus 7, in fine D. De servis export. Quare neque negotiorum gestori aliter competit actio ad repetendos sumptus, quam si utiliter negotium gessit, l. Sed an ultra 10, D. de negot. gest. Ubi tamen probante de modo negotia ejus gessit, sumptus factus non reperit, l. fin C. de negot. gest. Estque hoc cal huic regulæ locus.

REGULA XX.

Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

Similis juris civilis Regula est: Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensionibus, nisi sex impedit, l. Nemo ex his 43, D. hoc sit. Ut esse debitor, qui ex delatione creditoris juravit se nihil debere, & exceptione jurisjurandi usus est, non tamen eam probavit, potest reliqua ea ad exceptionem pacti conventi, transactionis, solutioonis, rei judicatae confugere, vel etiam simul eas proponere. Pluribus enim defensionibus, inquit Paulus, uti permititur, l. Is quij, D. decept. etiam si exceptiones inter se contraria sint, l. Nemo prohibetur 8, D. d. tit de except. Eoque accidit, ut is, qui hominem a se occisum negavit, possit de eo convictus, recurrere ad hanc exceptionem, quod obtulit corporis sui cum occiderit. Decius ad cap. Pastoralis, num. 1, Ext. de except. Ad probandum tamen exceptiones contrarias simul, reus minimè admitti debet (quia hoc impossibile ficeret) sed successivè. Ceterum hæc clausula, Nisi lex impedit, adiecta Regula iuris civilis, huc transferenda vel potius subaudienda est, ut perdat officium suum & hæc Regula iis casibus, quibus iure causum est, ne alia exceptio obiciatur, quire censentur hic in Glos. Et ad l. Nemo ex his. Diversum obtinet in actore, cui unam tantum actionem

unius rei nomine intentare licet, d. l. Nemo ex his 1, vide latius Pet. Costal. ad l. Quod in herede s. ch. 2, D. De tribut. act. in qua & ad hoc usque persistere debet, Autem Qui semel C. Quomodo & quando iudex. Cuius diversitatis hæc ratio est, quod in actionis potestate sit, quando & quaactione experiri velit, quive ius tuum ante diligenter explorare possit. Quod non æquè in reo est, qui sapienter imparatus ad iudicium provocatur: unde benignius cum reo, quam cum auctore agitur, l. Qui in alterius 42, D. hoc sit l. Pure 5, §. fin. D. de dol. & m. except.

Nec movere textus in cap. Veniens 19, Ext. de prescript. Nam quodlibet exceptio præscriptionis post exceptionem privilegii prius obiectam non admittatur, hoc ideo accidit, quod præscriptioni per impetrationem privilegii renuntiatum presumatur; frustra igitur præscriptionis exceptio obtendit, aliqui absurdum non est, exceptiones privilegii & præscriptionis simul, vel separatim posse obici, cap. Cum persona 7, de privi- leg. lib. 6, cap. Auditio 15, Ext. De prescript.

(***)